Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



agere que nostri debiti sunt statum patrie auctore domino V. R. P.
intimamus esse prosperum et felicem. Nil enim prudentibus potest carius
et melius vel dulcius intimari soli natalis salubritate atque
conditione secunda. Hec enim intimatio est ceteris actibus hu
manis et potissime cum cuius amicitiis preferenda. Nos quoque
debitam salutem quam veluti propriam optamus in sospitate vigere
audire amicos et anxios et etiam de statu illarum partium et quibus
intimis conducuntur. Occurrentium notificatio sepe amisamen
tum utile prebet quorum dignemini per imposterum hec participes vestre R.
paternitati vices in similibus reddituros. Unde ut principiemus vo
bis tamen in quaterem nolus aliquid scribendi significamus benigni
tati vestre ambassiatores domini de conciato Regis francorum huc
die prima huius mensis applicuisse. Datum etc.

Regi francorum.

CCCXIX

Vestrarum contextus litterarum Regalium serenissime princeps
et domine ac protector noster singularissime per quas de factis Jani
ensium participes reddimini et consortes mentes nostras incredibili exultatione
deplevit. Tum quia patriam illam civitatis tempestatibus et diuturno
et cruento turbine motam et non sine strage quassatam Regio
suffragante presidio intimum pacis et unitatis futuram esse co
gnoscimus. Vivet enim populus ille subcultivo vestro securus et
seditiones et arma deponet ac sub vestra protectione rem publi
cam amplicabit que in horrendum excidium incidisset. Tum etiam
quia regale solum vestrum cuius amplitudine semper cordium integritate
competimus ut illi qui a primordiis antecessorum nostrorum Coronam
francie incorrupta fide semper amavimus et plus quam unquam in
illa spei vestre defiximus ancoras exoptamus omnibus animarum nostrarum
fervoribus exaltari. Videmus et enim et intuemur aperte quod pro con
ceptus vestros non solum illa patria reformabitur sed toti ytalie
pax stabilis tribuetur ad quam aspirant mentes universaliter
singulorum nec illam produci posse sperant nisi a celico Rege et a
vestra vel germani vestri serenissima maiestate quam certam
presentium tenore prebemus Regalibus vestris votis atque successibus
Comune nostrum semper adesse promptum et contra incrementa et honores
vestre Regie maiestatis ~~mori et vivere intendimus~~ imperpetuum
nullatenus contraire. Sub umbra quidem vestre excellentissime
maiestatis mori et vivere intendimus ut devoti et ad illam pro
nostre libertatis conservatione incunctis nostris actionibus indu
bium habere recursum nec aliter quam presentibus nostris scriptoribus deno
tamus vestra potest maiestas quomodolibet opinari. Sub devotione
quidem vestra officia quecumque nostra iuravimus et incunctis nostris
civitatis sacram Coronam vestram publice veneramur et illam felicem
fervemus usque ad sydera sublimari proquiete et tranquillita
te populi xpiani. Quis enim successus illius non debet optare
subcinus Regimine extorsio omnis extinguetur et oppressio tyran